

3. Presbyteros & juniores informat, vult nos humiliari, sobrios esse, & Diabolo resistere, *Ephes. 6.*

Prior JOHANNIS habet Capita 5.

CAPUT I.

TEstatur de Christo, quod sit lux & vita, *Iohan. 1.* Sanguis Jesu Christi nos mundat ab omni peccato *Hebr. 1. & 9.* & confitentibus peccata Deum propitium fore affirmat, *2. Paral. 6.*


2. Proposito Christo Advocato, *Hebr. 7.* singulas ætates erudit, ad contemptum mundi hortatur, & Antichristos fugiendos esse suadet. Qui negat filium &c.

3. Hortatur ad vitæ novitatem, peccans ex Diabolo est, cujus certum symbolum est charitas.

4. Spiritus sunt probandi, Deus est dilectio, & proximus exemplo Dei diligendus.

5. Fraternalium amorem & fidem res esse conjunctas ostendit, tres testes in cælo, & tres in terrâ profert, peccatum remissibile ab irremissibili discernit, *Matth. 12. Marc. 3. Luc. 12.*

Colliguntur Capita 97.



APOCRYPHI LIBRI

Novi Testamenti.

Epistola ad HEBRÆOS habet Cap. 13.

CAPUT I.

ÆTernitatem & excellentiam Christi variis Scripturæ testimoniis probat *Psal. 2. & 110.*

0 2

2. Chri-